Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



59

hoc ad illud tempus non referendum est
cum ad predicationem apostolis mittebantur
quibus et proprie dictum est. In uiam gentium
ne abieritis et in ciuitatem samaritanorum
ne intraueritis, quod persecutionem
timere non debeant, et debeant deducere
qui quidem uidentur in principio fecisse
credantur quando omnes hierusolymis
persecutione dispersiunt in uniuersa iudea.
ut tribulationis occasio fiere euangelii
seminarium, spiritaliter autem possum
dicere. cum persecutores fuerint in una
ciuitate. id est in uno scripturarum libro
uel testimonio. fugiamus ad aliam ciui
tatem id est ad alia uolumina, quam uis
contentiosus fuerit persecutor ante preaidium
saluatoris aduenit et quam aduersarius
victoria concedatur, si patrem familias
beelzebub uocauerunt quanto magis
domesticos eius, Beelzebub idolum est
acchaeron quod uocatur in regum uolu
mine idolum muscae beel. ipse est bel
siue baal. zebub autem musca dicitur,